Liber tertius. III

59

Continuatio philosophiae

Franciscus Breitkopf

Romae 1857.

Complexionem, vel sine complexione.

I. ea quae dicuntur secundum complexionem, judicium constituunt. Nam vel dicuntur de Subjecto, vel in Subjecto sunt, vel etiam et dicuntur de Subjecto et simul sunt in Subjecto.

II. Ex quo patet ad complexionem — sive ad judicium — requiri duos terminos, quorum primus est subjectum, et quo cum copulantur ea quae dicuntur sine complexione. Subjectum vocat Aristoteles etiam primam substantiam, ut illud distinguat a secunda substantia, quae est substantia specifica vel generica, et quae pertinet non ad ea de quibus, sed ad ea quae dicuntur: sc. ad praedicamenta est quae primum inter ipsa.

III. Secundus terminus complexionis sunt ea quae dicuntur secundum nullam complexionem, et quae copulantur cum subjecto ut fiat complexio. Hae sunt Categoriae seu praedicamenta, et sunt numero decem:

1 Substantia
2, Quantitas, — quantum +

3, Qualitas – (quale) –
4 Relatio – (ad aliquid) –
5, Locus – (ubi?) –
6, Tempus – (quando) –
7, Situs –
8 Habitus – (habere) –
9, Actio – (agere) –
10, Passio – (pati) –

Judicium igitur sive affirmatio vel negatio erat juxta Aristotelem complexio inter subjectum et categorias, vel etiam inter aliquam categoriam pro subjecto sumptam et aliquam aliam, vel plures alias.

Haec est summa logicae Aristotelicae, quae rite tenenda est: nam sine ipsa non solum philosophia Scholastica sed quod longe majus est ipsa Theologia, maxime vero S. Thomae, nullo modo probe ~~assequi~~ intelligi teneri que poterit.

Ut autem ex omni parte haec doctrina intelligatur opus est ut etiam adnotare, praeter categorias adhuc categoremata dari, quae latine praedicabilia dicta sunt. Haec nihil sunt aliud, nisi universalia et sunt modi quibus praedica,

menta praedicantur. Ita ut categoriae sint ea quae praedicantur. Categoremata autem modi quibus ea ~~autem~~ praedicantur.*

§ 127.

Quae omnia evidenter demonstrant categorias Aristotelis nihil aliud esse nisi praedicata alicui subjecto attribuenda, proindeque judicium constare ex praedicatis et subjecto, et eorum complexione. Cum autem praedicata nihil aliud sint nisi notae ideae, et proprietates rei, sc. forma ejusdem, subjectum autem nihil sit nisi Ens. Haec sententia Aristotelis ~~in nit~~ de judicio in illam converti potest, quae dicit constare judicium ex forma et Ente et eorum nexu.†

§. 128.

Videamus nunc definitiones judicii post Lockium.

1º ipse Lockius judicium seu ut ipse vocat, propositionem mentalem, tunc dicit esse: quando mens idearum quas habet convenientia aut repugnantia percepta eas sive verborum usu conjugit

* Haec Cathegoremata sunt juxta Porphyrium: Genus, Species, Differentia, Proprium Accidens.

† Illam autem aliam sententiam quae judicium inter duas ideas collocat, non solum Aristoteles non probat sed eam apertissime rejicit.
Nos non negamus cathegorias esse ideas sed ideas speciales, in angustis cancellis solius formae rei inclusas. Sed sententia Lockii quae inter duas ideas judicium includit, non concluditur his angustis terminis; sed universe pronuntiat judicium intercedere inter duas ideas — Mirum sane! Quodnam quaeso judicium inter canem et Mercurium v. g.? Nisi forte dicatur canis non esse Mercurius, aut mercurius non esse canis! Est quod videas.

- - - - - Contraria cadunt in formam ejusdem rei; sed ipsas formas aliarum rerum contrarias esse formae alicuius rei nemo somniavit ante Lockium —
~~bonum~~ Canis non est Mercurius solum potest intelligi post duas judicias — ~~bos~~ Canis est tale et tale: i. e. Canis est Canis — Mercurius est Mercurius — Ergo Canis non est Mercurius — et tum solum potest intelligi illud canis non est Mercurius. —

Quid est hoc verborum usu? Voluit dicere affirmationem aut negationem

aut a se mutuo sejungit,

Hanc judicii definitionem alii deinceps aliis verbis licet eodem sensu proposuerunt.

Nam dixerunt judicium vel;

„Actum quo mens duas ideas annexa convenientiae visae praestito per affirmationem conjungit, vel annexa per repugnantiae visae praestito per negationem separat.

Storchenau —

vel etiam:

„simplicissimum mentis actum qui fieri nequit sine duabus saltem ideis quas animus ut convenientes aut ut discrepantes intra se ipsum apprehendit et veluti sibimetipsi dicit, quod est verbum mentis,

Dmowski

verbum mentis = verborum usu
discrepantes = repugnantiae } Lockii

vel rursum:

„mentis humanae operatio quae tunc habetur cum mens duabus ideis inter se comparatis eas aut affirmatione conjungit, aut negatione separat,

Liberatore

sed vi cujus principii conjungit aut separat?

vel etiam:

actus quo mens unum attribuit caeteri, quod satis

recte quaeris nimis generaliter diceretur nisi idem auctor adderet:
<u>seu quod una idea affirmatur vel negatur de altera.</u>
Et sic passim alii atque alii in scholis.

§ 129.

Quarum definitionum hoc maximum est vitium quod ipsum judicium e medio tollere videantur. Nam nemo horum Philosophorum negabit conjunctionem formae cum suo Ente seu praedicati cum suo subjecto esse etiam judicium. Atqui si conjunctio praedicati cum suo subjecto est etiam judicium omnino fieri nequit ut judicium sit comparatio duarum idearum, et affirmatio vel negatio earum sive convenientiae sive repugnantiae. Quod facili negotio, revera et impossibile evincatur. Enimvero in illo judicio quod ex subjecto et praedicato componitur, non veniunt in comparationem duae ideae aeque cognitae: sed subjectum quod supponitur, et est, logice ignotum vel minus notum, declaratur per praedicatum, quod est notum, et in tantum notum in quantum subjectum est ignotum. =

nam quaeritur hoc ipsum quid sit scilicet id quod mens attribuit subiecto?

<u>Ubaghs</u>.
ex.g. <u>Haec res est lapis</u> – Certe est judicium – At est una tantum idea, lapidis. Ubi hic sunt duae ideae? Certe cum dico <u>haec res</u> vel <u>Hoc</u>, nullam habeo ideam, est idea indeterminatissima, sc. entis; ergo eam non possum cum alia comparare, nisi sciam ejus formam determinatam sc. nisi habeam ideam de <u>hac re</u>, de isto <u>hoc</u>. Hanc autem ideam non habeo nisi per eam formam i.e. quando dico haec res est lapis, sed tunc jam est judicium.

F V.g.

Jam vero comparatio inter notum et ignotum, et maxime si alterum in eo ipso, et in tantum, est notum in quo, et in quantum, alterum est ignotum, hujusmodi inquam comparatio procul dubio impossibilis est. Ergo ex illa sententia inter subjectum et praedicatum nullum potest dari judicium cum nulla possit dari comparatio, et sive convenientiae sive repugnantiae perceptio. Hoc autem ex una parte judicium omne juxta eosdem Philosophos prorsus everteret: ex alia vero parte, quam absurdum sit nemo non videt.
Superest igitur ut nunc veram sententiam de judicii natura accurate exquiramus.

§. 130.

Inter omnes logicos convenit judicium esse affirmationem vel negationem.
Affirmatio et negatio cum sint contraria, contrariorum ~~sit~~ autem eadem sit ratio hinc potest simpliciter admitti: judicium esse affirmationem, maxime quod omne judicium negativum supponat affirmativum et sine ipso ~~non~~ esse non possit.

§. 131.

Ex hoc jam patet in quo differat judicium ab idea. Differt namque primum in eo quod idea nullo sit affirmatio, sed simpliciter forma Entis in intellectu. judicium vero sit affirmatio in intellectu et insuper affirmatio ipsius formae de Ente.

§ 132.

Sed non solum judicium est affirmatio formae de suo Ente, et etiam affirmatio Entis per suam formam, nam hoc alterum aequiparat illud primum. Itaque judicium recte definiri potest: Affirmatio formae de suo Ente, et Entis per suam formam.

Affirmatio quae medium terminum constituit, atque amplectitur Ens ~~eam~~ et formam, formam et Ens, in ipsa judicium collocatur ita ut affirmatio ipsa dici possit judicium. ×

× Hic notetur res maximi momenti; sc. affirmationem hanc fieri post perceptam relationem, seu verius pertinentiam formae ad Ens, non vero post perceptam eorum identitatem. Nam identitas inter ens et formam non percipitur; Ens manet semper ignotum, forma sola est nota. Inter notum autem et ignotum non potest identitas videri, proindeque nec affirmari. Ergo relatio inter formam et ~~f~~ Ens non est relatio identitatis; sed relatio pertinentiae, i. e. quod cognita forma eam referimus ut proprium ad Ens, est igitur momentum proprii, quod notamus sequenti §.

§. 133.

Ex his etiam patet quod si idea respondet momento quod est forma, judicium respondeat momento quod est proprium. Nam proprium est id ut forma possit de suo Ente, et Ens e contra per suam formam praedicari.

§ 134.

Judicium proinde est Synthesis, Entis scil. et formae in affirmatione.

Quod si judicium fuerit negative enunciatum, Synthesis erit quidem negata, sed haec negatio non intelligitur nisi supposita vera et positiva Synthesi. F

F V. g. homo non est justus — id supponitur necessario in intellectu synthesis affirmativa sc. homo potest esse justus. i. e. homo justus est tum solum id intelligitur. Si agatur de judicio absurde negativo uti sunt homo non est canis et. tunc necessario debet supponi judicium positivum, homo est homo; et sic semper est synthesis.

§ 135.

Tria momenta, quae judicium constituunt si ad Synthesin referentur, nuncupari appositis nominibus; ita ut Ens dicatur hypothesis, forma vero thesis, Synthesis autem erit ipsa affirmatio. Et certe ex communi sententia hypothesis est

id quod definitur, et est definitum quod in judicio sine dubio ipsum est Ens.
Thesis vero ab omnibus passim usurpatur tanquam id, quod est generale et indefinitum, quae sine dubio forma erit, quippe quae universalis est et definiens, si Enti jungatur, ipsa indefinita.
Synthesis vero tam idoneum est vocabulum affirmationis in judicio nominandae, ut huic rei natum videatur.

Jamvero ex se patet, has voces non alio pacto ex rhetorica in philosophiam inducendas, nisi ad philosophicum sensum flectantur, eum nempe, quem exposuimus, idque a nobis factum esse eo maxime consilio, ut germanorum thesi antithesi et synthesi aptiora vocabula opponerentur. Juxta haec enim nunquam antithesis judicio affirmanti adscribetur; quod si negativum sit judicium ejus momenta erunt: hypothesis, antithesis et antisynthesis.
Quibus positis, jam ad diversa judiciorum genera procedendum nobis est.

Caput VI
De Judiciis

A. De primo Judicio
B. De secundiis judiciis.
C. De ultimo judicio.
D. Summa Judiciorum.

§ 136.

Cum judicium affirmatio sit aut negatio, omnia etiam judicia ex natura sua dividuntur in affirmativa et negativa. Haec divisio judiciorum est prima et essentialis i.e. ex ipsa eorum natura petita.
Affirmatio autem, ut patet ex dictis, est conjunctio, negatio vero separatio formae et Entis in intellectu facta.

§ 137.

Omnia judicia affirmativa et negativa sunt etiam objectiva, nam de objectis affirmant vel negant.

* Sed cum dicimus objectiva, referimus hanc qualitatem ad naturam judiciorum non autem ad eorum divisionem. Nam divisio haec subjectiva est se ex ipsis judiciis petita, cui opponitur divisio ex objectis judiciorum desumpta et haec erit objectiva. Sed in ipsa subjectiva divisione, de qua hic agitur, dantur judicia vel objectiva vel subjectiva, in quantum nimirum pronunciant aut de objectis aut de statu mentis judicantis. Et hoc sensu hic objectiva dicimus judicia

§ 138.

Affirmatio vel negatio requirunt scientiam in intellectu, nimirum perceptionem, quod haec forma revera ad hoc Ens pertineat. Ubi haec scientia desideratur, ignorantia est. –
Si ignorantia est absoluta, nihil potest affirmari vel negari de objecto, potest tamen affirmari haec ipsa ignorantia. v.g. Nescio an Petrus sit justus
Hujusmodi judicium erit omnino subjectivum, nimirum erit tantum de statu mentis nostrae. Et sic erit etiam negativum, nam negat scientiam

./.

in nobis.
In quantum tamen refertur ad objectum, potest vocari privativum: nam nihil de ipso nec negat nec affirmat.

§ 139.

Si ignorantia non est absoluta, sed ex alia parte neque scientia sufficiens est, erit dubium. Tunc judicium erit dubitativum nam affirmat aliquid de objecto, sed sub dubio.
Proindeque hoc judicium subjectivum potius est, et ex hac parte etiam negativum: nam negat etsi non omnem tamen sufficientem scientiam. Itaque et privativum et dubitativum judicium, debent recenseri inter judicia negativa et quidem subjective negativa.

§ 140.

Porro si non natura et essentia judicii, sed modus spectetur quo fit affirmatio vel negatio, judicium erit dupliciter dividendum:

1° Juxta modum, quo affirmatio cadit in formam, erit
a, vel categoricum v. gr. homo est justus
homo non est justus,
b, vel hypotheticum, v. gr.

homo si bene egit est justus, homo si male egit non est justus.

2, Juxta modum, quo forma venit in affirmationem, erit

a, vel copulativum, v. gr. Cicero est philosophus et orator, Titius non est philosophus nec orator.

b, vel disjunctivum, v. gr. illud Terentii: „Aut amat aut odit mulier, nihil est tertium."

Ubi notandum est, categoricum judicium posse etiam esse vel copulativum vel disjunctivum. Ita etiam hypotheticum. Idem dicatur de copulativo et de disjunctivo. Nam haec judicia sibi tantum invicem opponuntur, non alia aliis. –

§ 141.

Haec divisio judiciorum ratione naturae eorum et ratione modo, quia considerat judicium in ejus parte ultima, potest recte dici subjectiva judiciorum divisio. Reliquae divisiones sumuntur ex objectis, de quibus fiunt judicia, et has modo jam expendere vacat.

A

De primo judicio

§ 142.

Primum judicium est judicium de existentia, sc. aliquid est existens.

Proinde ei respondet primae ideae, quae est de forma indeterminata, nam hanc formam praedicat de aliquo Ente.

§ 143.

Hoc judicium, quemadmodum postea omnia alia, vel refertur ad Ens, vel ad formam tum etiam vel affirmat, vel negat.

§ 144.

Si refertur ad Ens, affirmando est judicium de subjecto, negando ~~est~~ de nihilo. Quod judicium absolute negativum est.

Illud aliquid est id quod existit vel habet in se existentiam —
Non Ens non existit seu Nihil non existit
(Ens non existit est contradictio, nam forma et Ens sunt unum idemque; ergo cum negatur forma negari debet et ens)

§ 145.

Si refertur ad formam, affirmando est judicium de existentia, negando, est de possibilitate seu de potentia, quod rursum in primo judicio de possibilitate seu de potentia absoluta accipi debet.

Haec existentia venit ab Ente, pertinet ad Ens
Cum negatur existentia manet solum Ens, Ens solum ~~non potest~~ sine existentia est id quod continet potentiam meram, possibilitatem ei:
Id quod existentiam non habet est nihil, sed fieri potest aliquid.

§ 146.

Si tandem hoc primum judicium referatur ad ipsam affirmationem quae utrumque terminum, sc. Ens et formam conjungit, erit

x Ens est tale ut existat v. habet in se ut existat

ei

judicium de Essentia![x]

Hujus judicii negatio proprie dicta non datur, nam et nihilum habet quandam essentiam, sc. ut non existat; nisi quod termini hujus essentiae sint negativi.[xx]

§ 177.

Primum judicium hoc parvo schemate exhiberi potest:

Judicium primum.

Ens est existens

affirmative – negative | affirmative – negative

Est subjectum ~~Nihil~~ | Est Nihil | Est existentia – Est potentia

Est Essentia.

B

De judiciis secundis.

§ 178.

Omne judicium secundum est judicium non de Ente generaliter, quod erat primum, sed de tali Ente, sc. de Ente jam existente, et exprimi potest hunc fere in modum; Ens existens est vel materiale, vel vivens vel rationale.

Itaque judicia secunda res-

xx Ex hoc patet cur dicamus lumen intellectuale cadere in hoc momentum proprii. Nam ipsum nunquam potest negari neque in judiciis absolute negativis. Cum dico: Nihil est id quod non existit, το est affirmative enuncio. Si hoc momentum negaretur ipsa extingueretur ratio – Vide igitur quod cum fit negatio cadat semper in terminos extremos, vel expresse vel tacite, nunquam in medium etiamsi ipsi affigatur. Ita cum dico: Omnes homines non sunt justi rectius diceretur: Non omnes homines sunt justi. Vel cum dico Titius non est doctus, verius diceretur Titius est non doctus: nam Titius est aliquid et non negatur, sed negatur ejus doctrina et sic porro. Nunquam igitur potest negari momentum hoc proprii.

pondent secundis ideis, sunt semper judicia de rebus secundis.

§. 149.

Sicuti in primo judicio ita etiam in omni alio inveniri debet Ens pro subjecto, forma pro praedicato, et eorum communis affirmatio vel negatio. Quapropter haec judicia similiter vel referentur ad Ens vel ad formam; et similiter erunt vel affirmantia vel negantia. vel tandem considerari debebunt in ipsa eorum affirmatione. sive in illo momento quo conjungit formam cum Ente

§. 150.

Si referuntur ad Ens, tripliciter id fieri potest in Entibus secundis; nimirum

1.° in quantum Ens consideratur sine forma.

2.° in quantum Ens consideratur transiens in suam formam,

3.° in quantum consideratur jam in forma sua constitutum.

Tum vero si affirmant affirmabunt.

1.° Ens tanquam subjectum formandum.

2.° tanquam Subjectum se formans, i.e. quod formatur.

3.° Tanquam subjectum jam

Definitio Subjecti formandi Ens.

seu formalum.
Sin vero negant, negabunt absolute subjectum, relative autem illud affirment
1º tanquam nihil huj. m. Entis;
2º tanquam nihil ejus activitatis;
3º tanquam nihil ejus actus.

§ 151.

Judicia si referuntur ad formam tripliciter etiam considerabunt eandem, juxta illum ipsum triplicem statum.
Porro quod in primo judicio dicitur simpliciter existentia, hic est talis vel talis existentia, i. e. substantia: nam substantia nihil aliud est, nisi talis vel talis existentia, ideo que et Aristoteles recte ipsam a subjecto distinguit, et subjecto ut praedicatum attribuit. Nobis substantia nihil aliud est, nisi ipsa forma Entis, in quantum essentialiter considerata. Nam ad formam possunt multa accidentaliter admisceri, haec non pertinent ad formam essentialem, i. e. ad substantiam, immo per oppositionem ad haec substantia suum nomen adepta est.

§. 152.

Judicia itaque ad formam relata tripliciter possunt affirmare, videlicet:

1º in quantum est activa;

2º in quantum est agens;

3º in quantum est actualis.

Negando vero haec singula, judicium ita se habebit:

1º Si negat activitatem substantiae, seu quod idem est, ejus existentiam realem; affirmabit ejus potentiam, sc. tale Ens particulare posse esse;

2º Si negat actionem; affirmabit passionem;

3º Si negat actualitatem (i.e. actum) affirmabit defectum, quod per minus et minus descendere potest adusque interitum.

Sc. huj. m. negationes erunt affirmationes

1º de possibili utique particulari

2º de passivo;

3º de deficiente.

§. 153.

Si tandem judicium ad illud momentum suum attendat, quod in verbo est, sc. in affirmatione sive in proprio consistit, hoc momentum, uti vidimus potest et debet vocari essentiae.

Itaque essentia est illa vis, sive proprietas, attributa Enti, sive subjecto, ut habeat talem formam essentialem sive substantiam, ut sit cum illa conjunctam, et vicissim illa cum ipso.

§. 154.

Porro judicium applicatum essentiae considerabit eam, sub illa eadem triplici ratione:

1º Simpliciter, tanquam hanc essentiam, id est talem vel talem. Haec etiam dici potest Qualitas, id est Proprietas quae est Enti ut tale se manifestet per suam formam, quale est in seipso.

2º Tanquam activitatem, seu vim, seu motum, quae movet substantiam, ut agat, ut ex activa fiat agens, idque ad certum usque gradum, qui ipsi est proprius, et qui dici potest Quantitas.

3º Tanquam Actum, qui jam considerari potest ut quies post motum, quum tota essentia entis exeruit se in substantiam, vicissimque substantia explevit essentiam. Hoc momentum potest etiam dici unum, vel integrum, vel aequale.

Porro jam animadvertimus

[illegible]

essentiam non posse duable negari. In judiciis negativis essentia manet, applicatur tantum termini negativis. Immo sine ipsa non esset judicium, cum sit ejus ratio et forma.

§. 155.

Haec omnia praedicantur de ipsa intima natura objectorum, de essentia eorum, sc. de substantia. De essentia quidem

1° ipsa essentia cum sua qualitate.
2° vis et motus usque ad suam quantitatem, et
3° Aequalitas in unitate de substantia autem: activitas, actio et actus.

Unde modi existendi.

§ 150.

Ut autem omnis divisio judiciorum quae secunda diximus recte instituatur, praeter momenta quae in primo judicio concurrunt, scil: Ens, formam, et eorum nexum, quae-que repetuntur in caeteris omnibus debet etiam judici momentum vel momenta quae diversitatem pariant quibus judicia aliud ab alio distinguuntur, et uniuscujusque materia determinetur. Sic habebimus formam et materiam judiciorum. [f]

§ 151.

Res alia ab alia differt per suam formam, per hoc etiam differt et idea ab idea. Ratio itaque diversitatis idearum invenitur in forma Entis alicujus comparata cum alia forma. Sic etiam in judiciis ratio eorum diversitatis repetenda erit a formis rerum de quibus fit judicium, attamen alio modo.

§ 152.

In ideis consideratur sola forma non attenta neque ejus connexione ad intra cum suo Ente nec ad extra cum aliis Entibus. In judiciis vero haec relatio maxime est, quae consideratur, cum fit judicium. Hinc diversitatis momentis quae propria sunt ideis relatis, et judiciis suo modo aptatis, accedunt insuper alia momenta solis judiciis propria.

[f] Materia judicii est talis forma, tale Ens, talis modus percipiendi; Forma judicii simpliciter est: Forma pertinens ad Ens.

§ 153.

Momenta diversitatis inter ideas vocata, sunt genera. Momenta diversitatis inter judicia vocari possunt, et revera vocata sunt Categoriae seu praedicamenta.
Harum categoriarum adaequatus numerus et proprius cujusque locus nunc sedulo inquirendi sunt.

§ 154.

Ne autem mens in incerto haereat operae praetium nobis esse videtur prius omnes simul ante oculos Categorias exhibere quam ad singularum deveniamus expositionem.
Sit itaque sequens earum tabella.

Categoriae

Res

Ens = Proprium = Forma
Potentia - Essentia = Existentia

Passivitas, ~~Activitas~~ PASSIO, ~~Actualitas~~ PASSIVUM

Activitas. ~~Passio~~ - Actio - Activum ~~Actualizatio~~

ACTUALITAS ~~Passivum~~ Actualizatio Actuale

Subjectum ~~Actus~~ natura Substantia

Ens Proprium, Forma

Substantia

(Per Categorias)
Talis et Tota

Qualitas, Quantitas, Natura

- Materia { Molecula — invisibile; Cohaesio (caloricum) — lux visibile (figura et color)
- Vita { Corpus; Sensus { Objectivus; Subjectivus; Conscientia { Objectiva; Subjectiva
- Ratio { idea — vox — litterae; lux intell.: syntaxis con scriptio; Sermo — lingua — scriptura
- Spatium { Punctum — punctum in motu; motus — ~~dimensio~~ long., lat., altit.; figura — solidum
- Tempus { Momentum — unitas; Successio — multiplicatio; Periodus — numerus
- Identitas (Spatium logicum) { Terminus — pars; Comparatio — connexio; relatio — Totum
- Causalitas (tempus log.) { Causa — initium; Productio — Medium; Effectus — Finis
- Passio ab extra { Dynamica { attractio passiva; repulsio passiva; Organica rationalis { affirmatio passiva; negatio passiva } { Generatio passiva; Corruptio passiva
- Actio ad extra { Dynamica { Attractio; Repulsio; Organica { Generatio et conservatio; Corruptio; rationalis { affirmatio; negatio

Margin: Entitas, Vis, Actus

§ 155.

Ex hoc schemate videmus alias esse categorias quae pertinent ad formam ipsam judicii, et alias quae spectant ad ejus materiam sc: ad formam rei de qua judicatur. Cum forma judicii sit ipsa forma logica nostrae rationis expressa per formulam idealem, cum proinde momenta ejus nunquam mutari possunt sicut nec ipsa formula, hinc categoriae quae his momentis respondent, non sunt eaeque eae quae diversitatem pariant, quin imo ipsae sunt quae necessario in omni judicio inveniuntur semper eaedem. Vocari itaque possunt categoriae intrinsecae judiciorum

§ 156.

Categoriae intrinsecae respondent Enti proprio et formae, et quemadmodum in schemate conspicitur sunt:

Potentia, Essentia, Existentia quibus ex altera parte et veluti in statu secundo, vel etiam ultimo et perfecto, respondent subjectum, actus et substantia. Categoriae intermediae sive subcategoriae harum categoriarum possunt in schemate videri.

§ 157.

Potentia est primus status Entis. Ens consideratur tanquam id quod potest habere talem existentiam, ejus negatio est nihilum talis existentiam (nihilum relativum).

§ 158.

Essentia est vis attributa Enti ut existat, et existat tali modo. Essentia non negatur.

§ 159.

Existentia est ille status in quo Ens conjunctum est cum sua forma sed sufficit ~~haec forma~~ ut haec forma sit adhuc rudis et inchoata tantum. Si existentia negatur manet potentia.

§ 160.

Subjectum est Ens in sua ulteriori et ultima potentia.

§ 161.

Actus alicujus Entis est ejus essentia in suo ulteriori et ultimo statu.

§ 162.

Substantia alicujus Entis est ejus existentia in sua ultima forma.

§ 163.

Antequam ad categorias extrinsecas accedamus, notanda omnino est natura categoriarum quas intrinsecas diximus. Haec natura qualis sit sponte sua apparet cuique, paulo atentius has categorias consideranti, et certe hujusmodi est ut nullo modo permittat earum notitiam ab extrinseco repetere, ab objectis, a sensibus, caeterisque ejusdem generis fontibus. Hae categoriae in ipso judicio insime continentur cum ipso, ut ita dicam, concrete, ipsique innatae; nec poterant nisi ab ipsa suprema ratione rationi nostrae tum communicari, cum ipsam actione sua informavet.

Proindeque vapulat Systema Locki, et omnia alia ejusdem farinae. =

= Hic erit locus explicandum quomodo hae intrinsecae Cathegoriae alia ex alia procedant et genetico quodam modo oriantur atque secum copulatae appareant. Nam prima earum potentia ex mera passivitate per passionem fit passivum i. e. subjectum, sed eo ipso jam activum est (nam reagit) jam habet essentiam, quae per passionem ipsi tributa est et idem est dicere quod aliquid sit passivum (non passibile) i. e. quod sit patiens, ac dicere quod jam sit aliquid, i. e. habeat suam essentiam. Ex quo sequitur quod habeat activitatem, quae per actionem fit activum. Activum autem est actus qualiscumque tandem sive primus sive ultimus. — Primus rursum actus est aliquid actuale, quod est basis caeterarum hujusmodi statuum, sc. est actualitas, quae per continuam Actualisationem prodit magis semper magisque Actuale, ultimum autem Actuale est tota rei substantia

§. 164.

Categoriae extrinsecae judiciorum sumuntur ex objectis de quibus fiant judicia.

Objecta autem considerari possunt in triplici statu.

1º in antecedenti: tamquam merae ideae etiam in mente nostra sed potissimum in mente divina: sc. erunt purae formae Entibus commu-

nitatis et haec categoria erit qualitas;
2º in praesenti: tanquam res quae conspectui vel considerationi nostrae observantur, id est Entia quae plus vel minus tali vel tali gradu, formam suam possident — (formae Entibus tantum vel tantum communicatae); et haec categoria erit quantitas;
3º in subsequenti, ulteriori et ultimo: tanquam, totum ex qualitate et quantitate in se constitutum et quod extra se juxta hanc normam et patitur — (passionem recipit ab extra), et agit (sc: ad extra). Haec categoria erit natura.
Itaque tres sunt categoriae extrinsecae judiciorum:
qualitas, quantitas, natura.

§. 165.

Qualitas simpliciter definiri potest:
idea seu forma Entis ipsi communicata et propria eidem intrinsece, seu etiam brevius: forma Entis ab intrinseco

intrinseca.

§. 166.

Quantitas autem erit: forma Entis ab eodem manifestata eidemque extrinsece propria: seu, forma Entis ab ~~intrinseco~~ extrinseco.

§. 167.

Natura tandem recte definietur: forma Entis (ab intrinseco et ab extrinseco) tanquam principium passionis et actionis.

§. 168.

Unaquaeque harum trium principalium categoriarum suas habet peculiares, quae sequenti modo inter illas dividuntur:

Categoriae qualitatis sunt:
1. Materia
2. Vita
3. Ratio

§. 169.

Categoriae quantitatis sunt:
1. Spatium,
2. tempus,
3. identitas, quae dici potest spatium logicum
4. Causalitas, quae aequo jure dici poterit tempus logicum

§. 170.

Categoriae relativae sunt:
1. Passio;
2. Actio;
porro singulis momentis novum categoriarum enumerandis pro praesenti supersedemus.

§. 171.

Ne autem misceantur intrinsecae cum his extrinsecis categoriis, fixum exinde ratumque nobis erit has solas extrinsecas simpliciter vocare categorias, illas vero intrinsecas vocabimus potius momenta judicii eo vel magis, quod revera potius momenta sunt judicii quam ejus categoriae. Quare in re notandum est, momenta ad totum judicium se extendere, categorias uni soli momento sc. momento formae applicari.

§. 172.

Categoriae applicatae formae Entis de quo fit judicium eam determinant, et cum sint plures et inter se diversae, quae diversitas etiam in modis quibus applicantur in infinitum paene excrescit, hinc exurgit diversitas judiciorum.

In categoriis igitur invenitur ratio diversi talis judiciorum

et quidem diversitatis objectivae.

§. 173.

Hac ratione omnia judicia secunda necessario redeuntur ad Aristotelis theoriam de judiciis;

omnia enim constant ex categoriis quae tamquam praedicata copulantur cum subjecto.

Hac de causa licet nobis aliquantum gaudere, idque duplice ex capite: et eo quod veteres antecessores nostri rate sensisse deprehendantur, et eo etiam quod neotericorum arrogantia rapide retundatur.

Videlicet in his etiam philosophicis placitis veneranda ~~x~~ antiquitas quae ~~eclectici~~ eclectica non probata est impune nunquam ~~aggreditur~~, contemnitur

Ceterum quae et ratio intercedat inter Aristotelis categorias in specie consideratas ~~et~~ et eas quas nos damus

(intercedit autem non minima) simplex inspectio docebit.

§. 174

Attamen ad hanc Aristoteles theoriam judicium primum non refertur. Nemo cum dicitur: aliquid est existens

talis de Ente praedicatur forma cui nulla categoria applicata est, quae prima communis est aut nulla alia forma distincta.

§. 175.

Utrum etiam ultimum judicium extra hanc theoriam collocandum erit nec ne, et quae ejus natura, hoc maxime nobis nunc erit inquirendum.

C. De ultimo judicio.

§. 176.

Judicium ultimum respondebit ultimae ideae: erit igitur sicut id ipsa de Ente necessario. Poterit autem hac brevissima formula exprimi: existit aliquid necessarium sc. existit Ens aliquod, quod existit necessario

§. 177.

Hoc judicium ultimum erat jam in primo illo: aliquid existit. Sed quemadmodum ultimam ideam non potuimus statim in prima deprehendere, licet in illa oppido inveniatur nisi post ideas secundas ita nec judicium ultimum in primo, nisi perspectis prius judiciis secundis. Confert quae in hanc rem diximus in capite ideis. – 95. et seq. –

Et jam videmus in judiciis secundis posse categorias conjungi cum Entibus – (praedicata cum subjectis) vel non conjungi i.e. posse separari et considerari in se, cum illi tribuuntur Enti. Et tunc vel nulla sunt judicia, vel habentur judicia de ideis tantum, ~~forma~~ quae nullam realem necessitatem praeseferunt× nec idealem nisi hypotheticam. Itaque nulla secunda sunt judicia quae sint necessaria. Et id recte quidem, neque enim sunt de rebus necessariis.

Ut tamen debet esse judicium necessarium et de necessario, vel ad hunc solum finem ut sint illa de non necessariis. Neque enim haec non necessaria quae rationem sui in se non habent, potuissent existere, nisi rationem existentiae haberent in necessario. Et sic ex secundis judiciis de Entibus non necessariis, oritur ultimum de necessario, imo deprehenditur hoc ultimum jam in primo adductum esse sc: in illo aliquid existit. Namque hoc aliquid si sumatur pro primo aliquid certe non existeret nisi esset necessarium. [illegible] ultimum judicium potest [illegible] exprimi. Et haec legem rationis nostrae, ut [illegible] Primum Ens est necessarium.

× sic: Est rationalis, nullum est judicium quia nulli enti (subjecto) tribuitur. Hoc autem aliud Homo est rationalis est quidem idealiter necessarium, sed nullam includit realem necessitatem. Et etiam illa idealis necessitas pendet ex hypothesi quod homini debeatur rationalitas, quae hypothesis pendet ab alio [illegible]

ipsam nimirum necessario ad necessarium assurgat, omnes philosophi admittunt. Paucis illis forte exceptis qui per omnia et desipientes et de omnibus dubitantes, rationi nuntium remiserunt.

Ceterum plures eorum qui necessarium admittunt circa naturam hujus necessarii plerumque hallucinantur. Quae in re hic sufficiet ea in mentem revocare quae de natura ultimae ideae superius disputavimus.

§. 178.

Proprius tamen locus disputationis de Ente necessario erit in Ontologia ad quam nunc venietimus.

D.

Summa Judiciorum

§. 179.

Judicia simul sumpta possunt considerari

1º vel in nobis, 2º vel in se, 3º vel alia cum aliis collata

I. in nobis: judicia si considerentur haec erunt:

1º privattiva — §. 138 —;

2º dubitativa — §. 139 —;

3º certa — si objecta de quibus fit judicium sufficienter sunt cognita,

4. apodictica, si objectum de quo fit judicium est necessarium, vel in necessario fundatur; (etiam de rebus contingentibus maxime certis.)

evidentiam provationem

§. 180.

II Judicia in se ipsis considerata ~~sunt~~ si subjectio summantur, sunt:

1º affirmativa, 'Deus tantum est omnipot:

2º negativa, 'omnia praeter hominem finem suam nesciunt, de

et haec:

1º categorica,

2 hypothetica,

3, copulativa,

4, disjunctiva, — §. 140 —

Nihil dicimus de exclusivis, exceptivis, reduplicativis, et in genere de iis quae dicuntur composita; nam judicia composita ~~secu~~ in sua simplicia resolvuntur et eorum sequuntur naturam et leges.

§. 181.

III. Judicia inter se collata vel objective vel subjective collata esse possunt.

I. Si objective secum conferantur erunt judicia:

a, I° quod est indeterminatum

b, II° quae sunt determinata, itaque juxta categorias superius expositas.

g, ultimum quod est ita determinatum ut sit necessarium.

II. Si subjective, tunc in considerationem veniet modus quo judicia secum conveniant vel sibi adversentur.

Verum ut haec sive convenientia sive oppositio recte intelligatur et percipiatur evidentius opus est ut judicia consideremus in forma eorum. Ad hanc igitur nunc gradum facimus.

§. 181.

Judicia in se ipsis spectata, si objective considerantur sunt:

1° primum judicium, quod est indeterminatum: hoc omnibus aliis subest; ✝

2° secunda judicia, quae sunt determinata itaque juxta categorias superius expositas;

3° ultimum judicium, quod ita est determinatum ut sit necessarium. Hoc omnibus aliis praeest, et omnia alia judicia ipsi subduntur.

§ 182.

Judicia secum collata vel secum conveniunt vel sibi invicem adversantur. Verum ut haec sive convenientia, sive oppositio

✝ Notetur in idea hanc indeterminationem cadere in formam, in judicio vero cadere in Ens ipsum. Nam cum dico: Aliquid est existens, 2o existens, sc. formam indeterminatam, jam applico Enti, et hoc ens fit unum cum hac forma. et fit ubi et ipsa forma ÷ Indeterminatum.

rectius a nobis intelligatur et percipiatur evidentius, opus est, ut judicia consideremus in forma eorum. Ad hanc igitur nunc gradum fecimus.

Caput VII
De forma judiciorum.

§. 183.

Forma judicii est propositio seu ut communius olim dicebatur enunciatio. Haec forma ita est necessaria ad integritatem judicii sicut forma ideae — (vox) ad ideae integritatem.

§ 184

Enunciatio seu propositio varie definiebatur et definitur. Nam est:

vel oratio, verum aut falsum significans, — (Veteres Scholastici – Aristotelis)
vel oratio aliquid affirmans aut negans; (Liberatore)
vel oratio qua judicium aliis significamus; (Storchenau)
vel expressio judicii, (Dmowski)
aut etiam judicium verbis prolatis expressum (Ubaghs)
ad quam ultimam definitionem propius accedimus. adaequatam tamen propositionis definitionem ducimus hanc esse:
forma judicii, verbis constans qua judicium et nobis et aliis fit manifestum.

„et nobis" nam neque nosmetipsi judicium nostrum clare percipimus nisi ope hujusmodi formae — Est factum internum evidens. Hoc factum probat necessitatem cum quia ratio nostra est nata ut primum judicium ab extra re~~p~~cipiat.

§. 185.

Sicut judicii ita et propositionis tria sunt momenta, quae olim vocabantur: nomen, verbum et oratio, nunc vero dicuntur:

Subjectum, copula et praedicatum sive attributum.
Sunt qui terminos extremos, scil. subjectum et praedicatum nuncupant materiam propositionis, copulam vero formam ejus. Olim melius dicebant, subjectum esse materiam — (pone Ens) —, praedicatum formam, copulam vero formam totius compositi — (i.e. principium unitatis) —.

§ 186.

Propositiones dividuntur eo modo quo et judicia.
~~Propriis~~ igitur dividuntur sicut judicia subjective in se spectata quam divisionem plures ~~non nulli~~ logici dicunt esse secundum qualitatem propositionum. Hac ratione propositiones erunt:

vel affirmantes,
vel negantes.
vel cathegoricae,
vel hypotheticae;

quibus adde copulativas et disjunctivas, et omnium generum compositas.

§ 187.

Deinde dividuntur propositiones sicut judicia objective in se spectata, et haec divisio dicta est secundum quantitatem, ~~secundum qualitatem~~. Qua in re pro notandum est, hac ratione dividi propositiones in duas praecipuas classes:
in propositiones de substantia et propositiones de modo.
Illae dicebantur olim propositiones de inesse, istae propositiones modales.

§ 188.

Propositiones substantiales sive de ipse sunt sequentes:

1º universales, in qua praedicatum attribuitur subjecto determinato ad universalitatem et quantum ad totum illud quod universalitate ejus continetur.

Character propositionis universalis, si affirmat, est vox: omnis, si negat est vox: nullus: verbi gr. omnis homo est ratione praeditus, nullus homo est rationis expers.

2º particularis, quae praedicatum attribuit subjecto universali quidem at tamen non determinato universaliter sed determinando singulariter. Itaque attribuit quantum ad id solum quod subjectum in sua determinatione erit.

Character propositionis particularis sive affirmantis sive negantis, est vox: aliquis; v. gr. aliquis homo est doctus, aliquis homo non est doctus — est non doctus —

3º individualis propositio, quam alii communiter singularem dicunt, quae praedicatum tribuit ~~singulari~~ individuali subjecto. Hujus character est nomen proprium subjecti vel pronomen demonstrativum. v. gr. Plato est philosophus; Hic liber est eruditus.

Hae propositiones nuncupantur definitae.

§ 189.

IV Indefinita propositio est ea quae praedicatum tribuit subjecto neque universaliter, neque particulariter neque individualiter indeterminate. v. gr. homo est anima spirituali ~~liberatus~~ donatus.

Huic propositioni nullus est Character.

§ 190

Propositiones modales tot sunt quot modi. Modos autem sex numerant logici: verum, falsum, necessarium contingens, possibile, impossibile.

Porro verum et falsum est ejusdem naturae cujus et affirmatio et negatio, pertinent itaque ad ipsam Essentiam judiciorum et propositionum. Restant ergo quatuor 4 modi, qui ~~xxx~~ totidem generant propositiones modales, quarum exemplaria haec esse possunt.

1° Necesse est esse – (necessarium)

2° impossibile est esse, – (impossibile)

3° possibile est esse – ~~xxxxxxxxxx~~ – (possibile)

4° possibile est non esse, – (contingens) – ⌐ Nota etiam hos quatuor modos pertinere ad essentiam judiciorum. Nam si affirmatio vel negatio indicant an forma pertineat ad Ens necne, isti modi sua ex parte indicant 1° an haec forma pertineat inseparabiliter, 2° an ab Ente excludatur inconnexe, ita ut nullomodo possit conjungi, 3° an excludatur tantum connexe, ita ut possit conjungi, sed pro praesentiarum non consideratur conjuncta, 4° an consideratur conjuncta, sed non inseparabiliter. – Vide Nota ad § 218.

Harum modalium propositionum aliae duae respondent universalibus, aliae vero duae particularibus, si conferantur cum propositionibus substantialibus. ⌐

§ 191.

Haec tandem si inter se conferantur; propositiones dividuntur in aequipollentes et oppositas.

Aequipollentes propositiones sunt ~~quarum~~ illae sunt, quarum

licet diversa sit enunciatio tamen idem est sensus et significatio. Ita duae ex sequentes propositiones de inesse:
non omnis homo ratiocinatur;
aliquis homo non ratiocinatur;
aequipolentes sunt, sicut et istae duae modales:
necesse est: hominem cogitare,
impossibile est: hominem non cogitare.

§. 192.

Oppositae sunt quae et diverso modo enunciantur et sibi invicem opponuntur.
Oppositio inter aliquid et aliquid fieri potest quatuor modis, ut jam notavit Aristoteles:
1. relativae, ut pater et filius.
2. privativae, ut visus et caecitas
3. contrariae, ut album et nigrum;
4. contradictoriae; ut album et non album.

§ 193.

Quid sit relatio? ex qua oritur oppositio relativa, jam superius in categoriis dictum est.

§ 194.

Privatio non est simplex negatio, sed negatio alicujus quod ad formam pertinet, et ne

subjecta deberet in esse ut ~~in~~ visus in homine. Haec dicebatur olim negatio in subjecto aptonata. Est tamen negatio, ~~nomen~~ proindeque oppositio eadem erit quae et in contrariis vel ~~in~~ contradictoriis.

§. 195.

Contraria propositio ita negat ut inter ipsam atque ejus oppositam detur medium.

v. gr. omnes homines sunt albi; omnes homines sunt nigri,

haec definitio est ex Aristotele. Alii satis recte dicunt contrarias esse propositiones, quarum altera plus neget, quam opus sit ut opposita deprehendatur falsa ut patet ex exemplo adducto.

Nobis contrariae propositiones rectius adhuc et ex natura sua videntur ita definiri posse ut sint propositiones universales, quarum altera affirmet altera neget praedicatum seu formam judicii:

vgr. omnis homo est verax non verax quae ~~aequi~~ pollet illi alteri, nullus homo est verax.

§. 196.

Contradictoriae propositiones ex Aristotele illae sunt, inter quas non datur medium, ut Socrates ~~dix~~ cucurrit, Socrates non currit.

Alii eas dicunt contradictorias

quorum altera tantum neget,
quantum sufficit ad alteram falsam reddendam. quae non definitio sed lex ipsius et signum quo agnoscantur, teneatur tamen pro sua opportunitate.
Magis contradictoriae illae videntur esse propositiones universales quarum altera affirmet altera neget, subjectum universale seu tum ~~univer-sale~~ judicii, × quo etiam fit ut harum altera evadat particularis.

× in ejus extensione

V. gr. Omnis homo est verax
non omnis homo est verax
Omnis homo est ~~mendax~~ non verax
non omnis homo est ~~non~~ non verax
Haec ultima aequipollet illi alteri aliquis est verax.

§ 197.

Subcontrariae propositiones et subalternae ex prioribus oriuntur.
Subcontrariae propositiones sunt particulares quarum alia negat quod altera affirmat.

aliquis homo est verax
— — — mendax.

Subalternae sunt propositiones ejusdem praedicati et ejusdem etiam subjecti, sed alterius subjectum sumitur universaliter, alterius vero particulariter; ut: omnis homo est verax; aliquis homo est verax.

Individuales propositiones non sunt subalternae cum negant, quia non negant subjectum universale, sed affirmant partem ejus determinatam quae si omnes affirmarentur similiter esset totum universale, quod non potest fieri ex particularibus. Ideoque non sequuntur legem particularium in oppositionibus, sed universalium quando universalibus opponuntur.

§ 198.

Quae diximus de omni oppositionum ratio uno intuitu in hoc schemate conspici potest:

Propositiones de inesse

A Omnis homo est verax — Nullus homo est mendax (non verax) {Contrariae} Omnis homo est non verax (mendax) — Nullus homo est verax E

Subalternae — Contradictoriae — Contradictoriae — Subalternae — Subalternae

I Non omnis homo est mendax (non verax) — Aliquis homo est verax {Subcontrariae} Non omnis homo est verax — Aliquis homo est mendax (non verax) O

§ 199.

Porro olim aliud approbabatur schema quod exhiberet propositiones modales eratque sequens:

Propositiones modales.

Necesse est esse
Impossibile est non esse } Contrariae { Necesse est non esse
Impossibile est esse

Contradictoriae — Contradictoriae

Subalternae — Subalternae

Possibile est esse
Non necesse est non esse } Subcontrariae { Possibile est non esse
Non necesse est esse

§. 200.

Aequipollentium propositionum haec lex est, quod si una earum sit vera, et altera vera est, si falsa una, falsa et altera.

§. 201.

Contrariae propositiones hac lege reguntur quod ambae simul nunquam possit esse verae, possint autem esse ambae falsae, si tamen altera est vera, altera erit necessario falsa non e contra.

§. 202.

Contradictoriae propositiones sub hac lege sunt, quod altera earum necessario sit vera, altera necessario falsa sit oportet. Ideoque dictum est inter easdem non dari medium.

§. 203.

Lex propositionum subcontrarium ex adverso opponitur legi contrariarum propositionum.
Subcontrariae enim propositiones simul nunquam

possunt esse falsae, possunt autem ambae verae esse.
In quo includitur, quod si una earum falsa sit, altera necessario est vera, non tamen e contrario.

§. 204.

In propositionibus subalternis si vera est subalternans, vera etiam subalternata, si falsa subalternans, non ideo falsa subalternata. et e contra: si falsa est subalternata, necessario falsam esse etiam subalternans, sed si subalternata est vera, non ideo vera et subalternans.

§. 205.

Pauca tandem dicenda sunt de conversione propositionum. Propositiones converti dicuntur quum praedicatum ponitur pro subjecto, et subjectum pro praedicato.
In conversione debet servari propositionis convertendae qualitas, sc: affirmatio vel negatio, et quantitas, sc. ex particulari non potest fieri universalis, licet ex universali fiat particularis. –
Proindeque 1º propositio universalis negans simpliciter convertitur, affirmans convertitur in particularem, quod dicitur per accidens. – 2º Particulare affirmans simpliciter convertitur, negans nullo modo convertitur. –

Caput VIII

De Conclusione.

§. 206.

Accedimus nunc ad tertiam et ultimam operationem mentis, quam diximus conclusionem.
Hanc Aristoteles demonstrationem nuncupabat eamque Cicero satis apte definiebat: Orationem quae ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur adducit. Similiter et scholastici demonstrationem definiebant ita fere: discursus rationis ab uno cognito ad aliud incognitum, vel a magis cognito ad minus cognitum. At vero quod propositio erat relate ad judicium, id relate ad demonstrationem erat argumentatio, et definiebatur tanquam: oratio significativa, discursus illius rationis de quo supra.

§. 207.

Haec sententia justior nobis videtur ac illa quae postea in scholis locum obtinuit, et quae et in eo ferme consistit ut quemadmodum ad judicium duae requiruntur ideae ita ad demonstrationem, quam isti Ratiocinium dicunt vel ratiocinationem duo requirentur judicia et eorum nexus cum tertio.
Hoc sensu ratiocinium definitur: mentis operatio qua unum judicium ex aliis confertur, propter ejus cum illis connexionem.
Vel assensus quem mens convenientiae vel repugnantiae duarum idearum praestat propter cognitam earumdem cum tertia idea assumpta convenientiam vel repugnantiam.
Et sic alii similiter quibus attendere super sedemus.

+ Nota: Nos non negamus in demonstratione seu conclusione ex duobus judiciis fieri tertium sed id solum arguimus, quod non satis accurate ab istis recentioribus logicis animadvertitur, nimirum non generalim judicia duo in conclusionem adduci, quemadmodum neque generatim ideae duae ad judicium adhibentur. sed eodem modo quo ad judicium adhibita idea alia refereat subjectum aliam categoriam necesse est; ita etiam judicia illa duo h. m. sunt ut alterum eorum de subjecto pronunciet

alterum, vero ad Categorias seu ad solam formam pertineat.

§. 208.

Conclusio itaque quae ex cognito ad minus cognitum ducit nihil aliud agit nisi ex forma quae natura sua noscibilis est, magis magisque nota, in notitiam Entis, quod ex natura sua ignotum manet, ita ducere, ut fiat minus minusque ignotum.

Ex quo patet quod sicut idea consistat in sola forma Entis, si deinde judicium referatur ad momentum proprii, i.e. ad essentiam Entis, conclusio spectat ad Ens ipsum, sive ad id quod ~~Ente~~ pro Ente sumitur.

§ 209.

Conclusio proinde absolute definiri potest: illatio ex judicio de forma, ad judicium de Ente, vel de illo quod pro Ente sumitur.

§. 210.

Cum tamen h. m. illatio sine ~~illicium~~ judicio medio in quo forma conjungatur cum Ente, fieri nequeat, hinc definitio conclusionis omnibus numeris absoluta erit isthaec:

illatio ex judicio de forma, per medium judicium in quo forma judicata cum Ente judicando conjungitur, ad Judicium de Ente.

Itaque Homo est mortalis est judicium de forma, Atqui Petrus est homo conjungitur forma cum Ente judicando, Ergo Petrus est mortalis est judicium de Ente.

§. 211.

Duo priora judicia simul vocantur Antecedens, ~~et~~, ultimum dicitur Consequens.

Quae judicia si in suis propositionibus considerentur, duae priores vocantur Praemissae — scil: propositiones praemissae; et etiam prima earum dicitur major ~~secunda~~ — " — minor

ultima autem propositio dicitur consequens.

seu etiam conclusio simpliciter.

§. 212.

Sicut bina judicia et tres eorum propositiones ita etiam ad conclusionem tres pertinent ideae et tres item earum termini, scil: major, minor et medius.

Homo
Forma 1 est major
Proprium 2 est minor
nexus
consequentia
consequens est 3 Ens
Petrus
mortalis

Terminus major, qui dicitur etiam majus extremum, potest dici forma ~~remota seu~~ extrema; sive mediata est nempe id quod de ipsa forma enunciatur in judicio primo i.e. in judicio de ipsa forma ac proinde est veluti forma formae, — sic mortalis, est terminus major in illo judicio homo est mortalis —.

Terminus medius, potest dici forma immediata, proindeque ~~[illegible]~~ media est nempe ea forma quae ~~est subjectum in primo judicio~~, et quae enunciatur de Ente in secundo seu medio judicio +++ erat ipsa pro Ente sive subjecto in primo — sic homo est terminus medius in illo primo judicio homo est mortalis, et in hoc secundo Petrus est homo —.

Petrus
Proprium 2 est minor
nexus
consequentia
Homo
Forma 1 est major
consequens est 3 Ens
mortalis

Terminus ~~medius~~ minor, qui dicitur etiam minus extremum, est Ens ipsum ad quod fit conclusio — sic Petrus in illis duobus judiciis. Petrus est homo, ergo Petrus est mortalis est terminus minor —.

Ex quo patet quod in propositione majori inveniatur terminus medius et major in minori minor et medius, in consequenti 2 minor ~~major~~ et 1 major.
I ~~[illegible]~~.

§. 213.

A consequenti sedulo distinguenda est consequentia, quae exprimitur particula illa ergo, sive igitur, quaeque consistit in nexu inter consequens et antecedens.

Ceterum si melius scrutetur ubi resideat ille nexus, apparebit ipsum procul dubio locum habere in judicio medio quod constituit propositionem ut + ajunt minorem, quod

ut evidentius demonstretur totam structuram conclusionis aliquam figuram ante oculos ponamus quae haec potest esse:

Homo
forma 1 est major
proprium 2 est minor
Petrus
consequens est 3 Ens
mortalis, med.

Omnia momenta conclusionis in hac figura exposita si cum formula ideali comparantur statim apparebit, propositionem *majorem* idem esse quod *momentum formae*; nam est judicium de *mera forma*; *minorem* esse momentum *proprii*, nam dicit illam formam propriam esse tali Enti; *consequens* vero aequivalere momento *Entis* nam est judicium de Ente. Unde quemadmodum in formula ideali ~~atque~~ in omni judicio nexus residet in momento proprii, ita etiam erit in conclusione atque essentia ejus, quae hunc nexum constituit, in minori erit omnino collocanda. Possumus etiam majoris claritatis gratia omnia conclusionis momenta ad has formulas reducere:

1º *major*: *haec forma est talis ac tanta*;

nexus: *atqui*,

2º *minor*: *haec forma pertinet ad hoc Ens*;

consequentia: *ergo*

3º *consequens*: *hoc Ens est tale ac tantum*;

Quae rursum evidenter in illa breviori formula includuntur: *quod est proprium formae est proprium Enti*, ad quam omnis conclusio et ratiocinium revocatur.

Haec autem ipsa formula denuo omnem suam rationem et valorem logicum ~~[illegible]~~ ex illa ultima trahit, nimirum: *forma est propria Enti*, *sive forma pertinet ad Ens*, quae est ipsissima quam initio tradidimus *formula idealis*.

Hunc in modum evidentissime ostenditur omnem conclusionem, et ratiocinium, et ipsam mentis nostrae operationem et vitam in formula logica tanquam in principio suo et fundamento collocandam et ab ipsa repetendam esse.

§. 214.

His prima fronte adversarii videtur ratiocinium quod ajunt immediatum, illud nimirum quod ex altero judicio statim aliud infert, — nempe consequens, nullo medio judicio interposito, ubi ejus judicii immediati vigeneru principalem locum obtinet deductio. Verum non ita rem se habere simplex inspectio docebit et jure merito affirmari potest nullam dari ratiocinationem immediatam. J. a Baccio

§. 215.

Huj: m: ratiocinationis immediatae haec recensentur genera:

1º ex identitate: quando ex uno judicio aliud illi aequipolens dicitur deductum, sed hanc deductionem nullam esse nemo non videt.

Omnes homines sunt peccato obnoxii. Ergo nullus homo est sine peccato

§. 216.

2º Ab oppositione: quando ex uno judicio vero aut falso aliud judicium illi oppositum: vel negatur, vel affirmatur. Verum haec conclusio quae fit ab oppositione judiciorum non est simplex et immediata, sed et ipsa fit per judicium mediatum. Hoc judicium mediatum est principium ipsum oppositionis, sive contradictionis, de quo plura dicenda nobis sunt in Ontologia quod vero sic ennunciatur: idem non potest simul esse et non esse.

v. g. homines omnes sunt peccato obnoxii, Ergo falsum est aliquem esse sine peccato

Atqui Idem non potest simul esse et non esse, (quod est, est)

~~Ideoque dicendo~~. Cum autem hoc principium nihil addat ad Ratiocinium ideoque dicendam est potius conclusionem ab opposito, nullam esse conclusionem, sed tantum applicationem h. principii: quod affirmatur non negatur.

§. 217.

III Ab subordinatione: quando fit conclusio vel ex subalternante ad subalternatum, vel e contra.

Omnis homo est pecator — Ergo aliquis homo est etiam peccator.

Atrursum si aliqua hic est conclusio innititur illi principio: qui dicit plus, dicit et minus. Sed potius est nulla conclusio et sola tantum est declaratio quod nimirum in universali includatur particulare et quod id quod convenit essentialiter universali, et particulari necessario convenit.

§. 218.

IV Ab modalitate: quando ex una modali propositione infertur alia. Quod ut intelligatur, notandum est duo esse positiva genera modorum ex illis quatuor quos suo loco adduximus (§. 190) — ; nempe:

I, necessarium, 2, non necessarium sed existens (contingens) 3, possibile, 4, ~~non necessarium~~ autem, impossibile, omnino negativum est.

Jamvero in his modis ratio illationis et conclusionis ita se habet:

Valet conclusio:

1, a necessario ad existens et ad possibile: (ab oportere ad esse et ad posse):

 2, ab existente ad possibile (ab esse ad posse)

Valet item conclusio:

1, ab impossibile ad non existens et non necessarium (a non posse ad non esse et non oportere.)

2, A non existente ad non Necessarium (a non esse ad non oportere)

Non valet conclusio.

1, A possibili ad existens et necessarium (a posse ad esse et oportere)

2, Ab existente ad necessarium (ab esse ad oportere);

Non valet item conclusio.

1, A non necessario ad non existens et impossibile (a non oportere ad non esse et non posse)

2 A non existente ad impossibile:

(a non esse ad non posse.)

Quibus positis clarissime apparet, necessarium ita se habere logice ad existens et possibile [sicut universale ad particulare, majus et minus vel sicut genus supremum ad genus medium et proximum: idemque inversa ratione dicatur de impossibile et de non existente et non necessario. Proindeque quod dictum est de conclusione a subordinatione et de hoc a modalitate dici potest: ipsaque potius declaratio quam conclusio dicenda est, [sicut contingens ad id quod continet: nam necessarium continet existens et possibile, sicut animal rationale continet et sensum et vitam. Unde h. m. illationes rectissime ita verti possunt: quod est necessarium est etiam existens, atqui hoc Ens est necessarium ergo et existens. Itaque h. m. illatio reducitur ad perfectam conclusionem.

§. 219

V A conversione: quando propter judicium convertendum affirmatur vel negatur conversum. Sed haec versum non est conclusio ~~ut~~ ut ex dictis patet. —

§. 220.

VI Inductio: Illa nempe ~~vero quae~~ celeberrima Baconii ratiocinatio quae ab ipso fere definitur: Judicium ubi uno eodemque mentis opere, illud quod quaeritur et invenitur et judicatur. Neque enim per medium aliquod res transigitur, sed immediate eodem fere modo quo fit in sensu.

Ubi quod verba tat. fere errores et ineptiae [Albernheiten] exemplo res improbatur [unvollständig, unphilosophisch, falsch] potius quam probatur [bewiesen] v. gr. corpus a b c etc. nempe quodquod experimento subjecta sunt, gravida esse compertum est ergo; ~~per~~ omnia corpora gravia sunt. Sed id non

Sequitur tantum illa corpora a, b, c gravida esse. Tum enim solum est unum opus mentis, una operatio, quando ego eundem dico: omnia, jam aliud dico, hic alius est mentis actus. Imo haec est vera et perfecta conclusio: Nam assumptum est aliquid universale, sc. judicium de forma, et ita demum conclusio facta est. Quod ut percipiatur evidenter sequenti modo debemus operatiocinium proponere: Quidquid pertinet essentialiter ad speciem pertinet etiam ad ejus individua, vel per conversionem: quidquid essentialiter pertinet ad individua, pertinet etiam ad speciem; Atqui gravitas pertinet essentialiter ad corpora a, b, c; ~~pertinet~~ ergo gravitas pertinet etiam essentialiter ad totam speciem corporum, i.e. ad omnia corpora. Atque hoc modo inductio assumit omnia momenta ~~vera~~ conclusionis et hoc tantum non alio modo logice valet et concludit.

+ Id vero hanc inductionem optime ~~...~~ noverat Aristoteles qui eam constanter epagoge vocat, et definit eam esse a particularibus ad universale, ut et jam vi-ali patet nihil aliud est inductio nisi a particulari ad universale conclusio. H. m. inductionem noverant philosophi posteriores omnes, noverant

optime Scholastici qui quatuor genera ratiocinii numerabant: Syllogismum, Enthymema, Inductionem, exemplum. ita ut in scilla et praesumptio Baconii risum potius quam stomachum moveant.

§. 221.

Sed his post dedimus inductioni praedo nomine Baconii invectae quam ipsi jure debeatur; nam ipsa non est vera inductio, vera est illa de qua logici aguut, haec autem potest traduci tanquam putea ac pura Tautologia. Quid enim dicitur hac propositione: corpora a, b, c sunt gravia? – certe hic non unum, sed duo sunt judicia: primum, a, b, c, esse gravia; alterum, a, b, c, esse corpora. Sed quid est corpus? – Aut id scitur aut nescitur. Si scitur etiam respondere debet: corpus esse Ens grave et cum dimensione; attunc illud judicium: corpora a, b, c, esse gravia nihil aliud dicit nisi: gravia a, b, c, esse gravia. Et quid inde sequi potest? profecto nihil aliud nisi illud idem: gravia esse gravia. Haec autem certe Tautologia est. Si autem nescitur debebat dici, non corpora a, b, c, sed simpliciter a, b, c esse gravia. At inde quid demum sequitur? Aut nihil, aut certe id ipsum sc. a, b, c sunt gravia, ergo a, b, c, sunt gravia. Haec autem rursum gravissima Tautologia est.

§. 222.

Ad his maximi momenti oritur questio. Vidimus enim in illo judicio particulari: corpora a, b, c, esse gravia, praeter particularem inclusam esse ideam universalem, ac proinde et judicium universale sc. ideam corporis. Hoc autem similiter fit in omnibus aliis judiciis particularibus veluti si dicam: aliquod animal currit, aliquis homo loquitur, et sic porro, ubi ideae animalis, hominis etc. certe universales sunt. Questio igitur est quomodo ad universales ideas pervenimus? cui profecto quaestioni satis debet fieri.

Notetur itaque nos ~~[illegible]~~ divisse, cum de ideis ageremus (§ 105, n. 6)

universalem ideam esse ideam speciei, i.e. formae communis rerum, proindeque si speciei, et earum quae sunt supra speciem. Cum autem idea universalis sit etiam idea abstracta — (§. 110) —, abstrahit ab Ente, et est de sola forma. Idea autem de sola forma non potest ab Ente procedere, proindeque nec idea de forma universali sive communi ab Entibus individuis vel particularibus. Procedere itaque debet a formis individuis vel particularibus. Hae autem sunt Categoriae. Itaque plures Categoriae particulares ad unam superiorem reductae, tandem ad supremam reducuntur;[#] et hoc modo fit forma essentialis, sive species quae est idea universalis.

Supponi tamen debet in mente nostra antecedens necessitas reducendi Categorias diversas ad formam unicam, et haec necessitas residet in formula ideali, quae eadem modo quo formam necessario tribuit Enti, formas particulares sive Categorias tribuit formae communi sive universali velut Enti earum.

[#] ut puta moleculae ad materiam, materia ad qualitatem, momenta ad tempus, tempus ad quantitatem, attractio ad actionem, actio ad naturam, qualitas vero, quantitas et natura ad unam communem formam.

§ 223.

Formula autem idealis ~~xxxxxxx~~ uti vidimus — (capite de for: id.) duplicitur procedit:

1, a forma ad Ens — forma pertinet ad Ens —; tum vero

2, ab Ente ad formam — Ens causat formam —.

Haec itaque formula idealis etiam hic in conclusione, applicata solis formis rerum particularibus et universalibus, de qua applicatione hic sermo est, duplici item modo procedit. 1° scil: a formis particularibus — (Categoriis) — ad universalem, et hoc §. praecedenti exposuimus; deinde vero, cum semel ad universalem pervenit, descendit ex universali ad particularem.

Primo modo fit idea universalis, secundo modo judicium universale.[F] §. 224.

[F] 1, Exemplum. Gravitas pertinet ad corpus, dimensio pertinet ad corpus: ergo ubi est gravitas et dimensio, ibi est Corpus. — Et sic fit idea universalis corporis.
2 Exempl. Constituta hac idea universali Corporis ex ipsa fit judicium universale, scil: Corpus est grave. Corpus est semper sub aliqua dimensione. —

Ex quo colligi potest et debet ideam non solum sine judicio fieri non posse, sed nec posse fieri sine vera conclusione.
Haec conclusio autem ad aliquem specialem casum applicata, ita enuntiari poterit: gravitas et dimensio v.gr. existunt tamquam formae aliquae particulares; atqui formae particulares pertinent ad aliquam universalem veluti forma ad Ens. ergo gravitas et dimensio pertinent ad aliquam formam universalem quam nos prout nobis libet vocare, et quam vocamus corpus.
H.m. autem conclusio ex formis particularibus ad formam universalem i.e. ad ideam, ipsa est quae vocari potest et debet inductio.

§. 225.

Inductio itaque est conclusio ex categoriis ad ideam sive uti dictum est ex formis particularibus ad formam universalem.

§. 226.

Jam vero non solum idea sed neque judicium universale fieri potest sine conclusione, ut jam ex se patet. Exemplo res potest illustrari:
Judicium v.gr. corpus est grave ex hoc omnino ratiocinio procedenti repetendum est: ubicunque est forma universalis quam vocamus corpus ibi etiam est forma particularis quam vocamus gravitatem; atqui forma universalis ipsa est quae causat formam particularem quemadmodum Ens causat formam; ergo revera corpus causat gravitatem. sive quod idem est: ergo revera corpus est grave.
Hoc autem Ratiocinium potest vocari deductio.

§. 227.

Deductio itaque est conclusio ex idea ad categorias, sive ex forma universali ~~sive~~ ~~ad~~ formas particulares.

§. 228.

Deductio itaque et Inductio sunt aliqua genera conclusionis restrictoris sensu accepta, et quae soli formae adhaerent. Conclusio autem ipsa latius patet: nam non in sola forma consistit, licet pro Ente accepta: sed ex forma concludit etiam ad ipsum Ens ut indefinitivine possimus.

Summa, rationalitas [illegible] eduxerat inductio. —

§. 229.

Finita hac quaestione de inductione, remanet nobis sola Analogia, sive exemplum, ex illis ratiociniis quae dicuntur immediata.

Conclusio ab Analogia sive ab exemplo, illa dicitur: quae ex simili forma concludit ad similem formam;

v. gr. Petrus ex illa Stirpe oriundus, in illa domo educatus, etc. bonus est vir, ergo et Andreas, ex eadem Stirpe et eadem domo, etc. bonus vir erit.

Conclusio haec ab Analogia triplex est:

1. a pari, uti in exemplo allato;
2. a fortiori, quae est:
   a, vel a minori ad majus, cum sc. negat; v. gr. mendacium non est honestum, ergo neque calumnia.
   b, vel a majori ad minus, si affirmat, v. gr. debemus amare inimicos ergo et fratres.
3. a contrario. vir bonus colendus est, ergo iniquus detestandus.

Jam vero ex his exemplis satis patet hanc conclusionem non simpl. sed duplicem esse:

alteram a particulari ad universale

alteram a universali ad particulare;

Ita v. gr. primum exemplum distribui potest:

Petrus ex illa stirpe oriundus, in illa domo educatus etc. bonus est vir. atqui hic effectus debet attribui illi causae quod scil. fuerit educatus etc. ergo qui cumque in illa domo etc. fuerit educatus, bonus vir erit.

Deinde subsumitur: atqui Andreas est in illa domo educatus est, ergo et Andreas bonus vir est.
Ex qua apparet analogiam veram esse conclusionem, ut autem ~~et~~ consequens sit verum id pendet ex gradus similitudinis. Qua in re explorandā valet principium identitatis.
Lex autem pro h. gm. conclusione haec est, ut solum in eo innitatur conclusio, in quo similitudo probata est etc.

§. 230.

Explicavimus huiusque naturam conclusionis, et ejus veram formam vindicavimus. Haec forma vera, et si ultima consideretur unica, conclusionis vocatur Syllogismus, a graeco logismos (λογισμός), ratiocinatio, unde syllogismos et veluti conratiocinatio.

§. 231.

Jam nunc conclusionis et syllogismi pandendae sunt leges ipsae.
Hae vera leges, quae ab Aristotele in scholas manarunt, his deinde versiculis tradebantur:

1. terminus ~~esto~~ est triplex, medius, majorque minorque.
2. latius hos quam praemissae conclusio non vult.
3. aut semel, aut iterum medius generaliter esto.
4. nequaquam medium capiat conclusio fas est.
5. ambae affirmantes nequeunt generare negantem.
6. pejorem semper sequitur conclusio partem.
7. utraque si praemissa neget nihil inde sequetur.
8. Nihil sequitur (duabus) geminis ex particularibus unquam.

Quae omnes leges adeo sunt ex se ipsis clarae et perspectae, ut nulla expositione indigeant, nisi forte excipiatur sexta. Haec ut intelligatur, notandum est: pejorem dici partem propositionis negantis et particularis, ac proinde si in praemissis inveniatur aut negans, aut particularis propositio, conclusio sit etiam aut negans, aut particularis necesse erit.

§. 232.

Caeterum has octo leges sive regulas ad pauciores imo ad unicam reducere, logicae auctores ideas idem adnisi sunt.
Inter hos operae praetium erit notare logicam recentiorem clarissimi Episcopi Montis Albani, qui tres tantum sequentes dat regulas:

1° major universalis esto;

2° minor affirmans;

3° Conclusio habeat qualitatem (intrinsecam de forma affirmationis neg.) majoris, et quantitatem (extrinsecae sumatur est sed partical. vel universalis — entis) minoris.

Unicam regulam quam condere studet logica ita dicta Port-Royal — Portus regii — Gallice Port-Royal — et quae ita se habet:
oportet ut altera praemissarum includat conclusionem, altera eam ostendat hanc inquam regulam etiamsi satis celebratam, tamen flocci facimus, utpote et imbricatam et deficientem.
Majoris momenti imo pulcherrima lex est illa, quam nuperrimus logicae auctor statuit, nempe:

tres unum sint P. Gratry.

nisi quod magis principii quam legis speciem praeseferat, et si ad usum adhibeatur, longiori expositione et declaratione indigeat.

§ 233.

Jam vero ex principiis quae posuimus, facili negotio et veluti suapte sponte, deducitur lex atque regula unica eaque universalis Syllogismi, quae haec est.
Quod attribuitur formae, attribuatur et Enti ejus.
vel fusius.
„Quodcumque affirmatur vel negatur de forma
„si ostendatur haec forma pertinere ad Ens aliquod
„id debet etiam affirmari vel negari de Ente illo".

§ 234.

In hac regula inveniuntur aliae omnes:

1° sunt tres termini:

a, id quod affirmatur de forma, sive major;

b, forma ipsa sive medius;

c, tandem Ens sive terminus minor.

Haec autem regula de tribus tantum terminis gravissimae

est; fere semper enim ideo syllogismus non recte procedit, quia est in ipso vel saltem subauditur terminus quartus.

2º erit certe conclusio non laetior praemissis,

3º saltem unus terminus erit universalis, idque semper erit major, uti vult logica montis Albani. –

4º Nunquam medius sive forma erit in conclusione, nam conclusio erit semper judicium de Ente,

5º si major affirmabit, affirmabit et conclusio: et sic nunquam duae affirmantes generabunt negantem,

6º Sic etiam pejorem partem sequetur conclusio; quia non solum sequetur qualitatem majoris sed etiam quantitatem minoris, uti vult illa eadem logica.

7, Si etiam minor cum majore negetur, nihil inde sequetur profecto. quia negatur momentum proprii, quod nec debet nec potest negari.

Porro notare hic possumus ob eandem rationem nullam esse consequentiam etiamsi sola tantum minor negetur, quod in illis octo regulis non exponitur. Quae ratio est quia minor respondet momento proprii ideoque in minori sita est ratio et nexus syllogismi, scil: nexus judicii de forma cum judicio de Ente. Itaque quemadmodum in judicio copula, ita in syllogismo minor negari non potest, ob illam scil: eandem rationem quod momentum proprii nec debeat nec possit negari. Unde haec regula illis addi potest, quam etiam dat logica saepius jam laudata: minorem nempe debere semper esse affirmantem.

8º Atque tandem ex duabus particularibus nihil sequetur, quia tunc major non erit de forma sola, uti vult lex superius a nobis data.

§. 235.

Quaeritur demum apud logicos quodnam sit principium, ut ajunt, conclusionis sive ratiocinii, et communiter omnes pronunciant id esse principium identitatis. Hoc principium ita efferunt:

Quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se,

Quod principium, si ad negativas conclusiones applicandum sit, ita vertunt: quorum unum discrepat, ab uno tertio, cum quo alterum convenit, discre-

pant inter se.
ex quibus id etiam tertium sequitur:
quorum neutrum idem est uni tertio, ea conveniant inter se aut discrepant nescitur.

§ 236.

Alii reducunt hoc principium identitatis ad ipsum principium contradictionis, illud nimirum: idem non potest simul esse et non esse. Nam dicunt si extrema cum medio in praemissis conveniunt, debent et in conclusione inter se convenire, secus convenirent et non convenirent.

§ 237.

Nobis vero in hac gravissima quaestione haec vera esse videntur.
1° quidem principium identitatis videtur nobis illam sibi provinciam vindicari quae est idearum.
Ideae omnes innituntur principio identitatis.
Id autem duplici modo. Imprimis enim si in se spectentur unaquaeque idearum quas ab extrinseco participamus, confertur in mente nostra cum idea divina correspondente quam participamus ab intrinseco: sive habemus perceptionem perfectionis vel imperfectionis formae alicujus rei.
Tum vero si ideae inter se conferantur hoc principium identitatis monstrat earum convenientiam veluti discrepantiam ab invicem, et sic uniuscujusque ideae limites atque terminos constituit.

§. 238.

Porro principium contradictionis, sive ut id appellare malumus, principium affirmationis, et quod positive enuntiari ita brevissime potest: quod est est; hoc in quam principium videtur nobis judicia in sua potestate tenere, et esse principium judiciorum.
Sane ad judicium attenditur momenta propria uti jam exposuimus. momentum autem proprium ipsum est ratio assensi et ratio affirmandi, hic ergo sedes est affirmationis ubi etiam est sedes judiciorum. Proindeque principium affirmationis erit etiam necessario fundamentum judiciorum.

§. 239.

Eundem principium cui innititur ratiocinio est principium inhaerentiae si a posteriori proceditur causalitatis, si a priori.
Hoc principium dat ipsam formulam copula; et quidem principium inhaerentiae, si dicitur: forma pertinet ad Ens.

principium autem causalitatis, si dicitur:

Ens causat formam.

§. 240. Omnia haec tria principia: identitatis, affirmationis et causalitatis pertinent ad formulam idealem, unumquodque vero eorum ad singulum ex ejus momentis.

§ 241.

Conclusionis principium hac formula enuntiari potest: quod pertinet ad formam, pertinet etiam ad Ens;

et ex alia parte:

Ens quod causat formam, causat etiam id quod forma causat.

Caput 9.

De Conclusionibus.

§. 242.

Jam notavimus in judicio, imo etiam in ipsa idea inclusum esse ratiocinium et conclusionem. Hanc vero ob causam sicut ideae et judicia, ita etiam conclusiones necessario dividuntur in primam, secundas, et ultimam.

a, De prima conclusione.

§. 243.

Prima conclusio sicut et prima idea erit omnino indeterminata.

Potest autem hac formula enuntiari: aliquid ~~quod~~ agit, ~~existit~~; atqui ~~aliquid agit~~ quod agit existit; ergo aliquid existit.

§. 244.

Itaque conclusio prima est in genere inductionis, quod maxime est notandum. Concludit sc. ex forma particulari ad universalem, a mediata ad immediatam, et deinde ab hac forma ad Ens. Sequitur sc. prima conclusio formulam idealem juxta ejus ordinem ascendentem, hanc nimirum: forma pertinet ad Ens.

Haec ratio procedendi ideo tantopere est notanda quia ipsa est veluti tessera verae et germanae Philosophiae, Christianae sc. et catholicae. Ejus luce omnia tenebrarum

F Hoc est discrimen ubi jam dixi, inter scientiam Dei et nostram. Deus ab ente concludit ad formam et deinde a forma ad Ens; – nos autem primum a forma ad Ens, et deinde ab Ente (ignoto semper in se, nec noto nisi per formam et in forma) ab Ente in quam ad formam.

Systemata, Scepticismi idealismi et si qua alia maxime vero ~~corret~~ Panteismi statim dissolvuntur, ~~[illegible]~~ et in perpetuum evanescunt. F

§. 245.

Semel constituta prima illa [conclusione] ~~hoc divisione~~ a forma ad Ens, haec eadem converti potest, et ~~[illegible]~~ procedere ab Ente ad formam, atque hac fere formula ennuntiare:

quod existit, agit, atqui Ens aliquod existit, ergo hoc Ens agit.

Hoc modo prima conclusio transit in genus deductionis.

§. 246.

Inductio est conclusio mere humana, deductio est ad instar divinae.

§. 247.

cessat ~~Notandum in utroque modo primae conclusionis in majori positam non aliquam in genere propositionem universalem, sed eam quae probare est ipsi formulae logicae, ac proinde veluti ipsam formulam logicam.~~

§ 247.

Notandum est primam conclusionem concludere ad solam existentiam, quae est forma indeterminata, et hanc tribuere Enti aeque indeterminato. Judicium quo h. m. consequens exprimitur est judicium primum, et Ens de quo fit ~~hoc~~ judicium est idea prima.

§ 248.

Prima conclusio sequitur naturam primae ideae et primi judicii, nimirum id aliquid ad quod concludit ultimo demonstrabitur esse absolutum, sc. Deus ipse.

§ 249.

Est ergo conclusio ad Necessarium proindeque in omnibus suis momentis necessaria. Attamen non est necessaria evidenter. Nam illud primum momentum: aliquid agit, non est judicium ex sua natura et evidenter de necessario, potest enim aliquod

./.

B

De conclusionibus ~~II~~ secundis.

§. 250.

Omnis conclusio secunda est conclusio non ad Ens in genere, non ad aliquid, sed ad Ens tale dictantum.

Potest autem hac formula exhiberi: haec forma est vel materialis, vel vitalis, vel rationalis, et c.

etiam contingens agere, et revera agit contingens. Verissima tamen licet intime et implicite, judicium illud aliquid agit est judicium de necessario; nam nullum ens contingens ageret; nisi necessarium Ens ageret prius. De his confer ea quae dicemus de ultima conclusione. —

atqui ~~qualis et quanta est forma tale ac tantum est Ens~~ haec forma pertinet ad Ens aliquod;
ergo et hoc Ens est vel materiale, vel vivens, vel rationale etc.

§. 251.

Quamobrem omnis conclusio secunda sequetur naturam conclusionis in genere, hoc tamen modo ut in majori de forma aliqua praedicentur categoriae quas novimus ex theoria de judiciis, eodemque modo necessario. in minori praedicetur forma de Ente sed modo non necessario, proindeque in consequenti categoriae praedicentur de Ente eodem duplici modo, i.e. necessario, si spectetur in forma quam habet, non necessario, si spectetur Ens ipsum; seu quod idem est: necessario si hypothetice; non necessario, si absolute rem sumamus.
Unde in omni conclusione secunda major quae est universalis, est etiam necessaria, minor, quae est particularis, est etiam contingens; consequens absolute est contingens, hypothetice necessaria. Scimus autem necessarium id esse cujus forma non potest separari ab Ente, contingens vero e contra.

§. 252.

Ne autem confusio oriatur, notare juvabit posse fieri conclusiones ad solas formas, imo etiam debere fieri; nam hoc modo pervenimus ad notitiam formarum universalium, sive ad ideas generum et specierum, ut dictum est cum de Inductione loqueremur. Sed h. m. conclusiones non esse integras, neque in se sistere posse, nemo non videt. imo momenta sunt tantum in conclusionibus secundis integre spectatis.

§. 253. Porro conclusiones ad formas solas procedunt a factis quae sunt hypothetice ~~necessaria~~ (contingentia) i.e. per formulam logicam quae est absolute necessaria, ad formam universalem, quae etiam est absolute necessaria, et quidem necessario ~~formaliter~~.
Itaque in conclusionibus pot ad formas potest ex hypothetica necessitate, sive ex contingentia

concludi ad absolutam.

Hoc autem ideo fit quia in omni propositione contingenti altera pars ejus pertinet ad Ens, altera ad formam; in illa prima continetur ea quam diximus contingentiam proindeque ex se non est necessaria, in altera vero invenitur semper absoluta affirmatio, fundata in vera necessitate proindeque ex hac parte omnis propositio contingens potest sumi pro necessaria.

§ 254.

Hujus conclusionem ad solas formas sequens potest dari modulus:

~~fit aliqua de qua vere categoriae dimensionem, v.g. calorem etc.~~

atqui ~~omnis~~ istae categoriae pertinent ad aliquam formam unicam.

~~ergo est aliqua forma quae habet dimensionem, calorem etc,~~ et ~~quam in hoc casum voco corpus.~~

Video aliquid longum, latum, altum; atqui longitudo pertinet ad spatium, latitudo pertinet ad spatium, ergo spatium est illa forma quae habet longitudinem, lat.. altitudinem.
Rursum: Video talem dimensionem, talem densitatem, gravitatem; atqui dimensio pertinet ad corpus; gravitas pertinet ad corp; Ergo corpus est illa forma etc

§ 255.

Ex quo patet in omnibus conclusionibus secundis necessitatem esse tantum ex parte formae sive ideae, non autem esse ex parte Entis sive rei.

§ 256.

Necessitas haec quoad formam in eo invenitur quod eaedem categoriae semper inhaereant eidem formae. Nunquam mutantur nec categoriae nec formae, nunquam minuuntur, nunquam augentur. Sed semper eaedem manent: nec aliquis excogitare potest vel plures aut pauciores categorias sub una eademque forma, vel formas plures quam una eademque sub iisdem categoriis.

§ 257.

Non necessitas autem quoad Ens in eo consistit quod una eademque forma non habeat unum idemque Ens, cui semper ac exclusive inhaereat

sed potest pluribus vel paucioribus aptari Entibus ~~imo~~ etiam et nulli; neque cessat forma esse si nulli aptetur aut cessat eadem esse si aptetur pluribus.

§. 258.

Unde necessitas et quoad formam et quoad Ens et idealis et realis, nimirum absoluta ea est, ubi et forma unica et Ens unicum est, formaque semper et exclusive suo Enti inhaeret, atque haec unica forma ita necessario inhaeret unico illi Enti ut non subsisteret nisi inhaereret, nec esset eadem si inhaereret et alteri.

§. 259.

Scilicet ut haec omnia paucis verbis perstringamus conclusiones omnes secundae vel sunt a forma ad Ens, et tunc sunt semper contingentes vel sunt a categoriis ad formam, et tunc sunt necessariae. Utraeque autem procedunt hoc ordine:

Homo est rationalis. Petrus est homo Ergo Petrus est rationalis. { in quantum homo = necess. in quantum Petr = conting.

1, in conclusionibus quae fiunt a forma ad Ens, major est necessaria, minor contingens, consequens vero hypothetice quidem necessaria, absolute autem contingens,

Existit dimensio et gravitas { in concreto (corpore) = cont. in idea = necess.

Dimensio et gravitas pertinent ad formam quam vocas corpus } = necess.

Ergo corpus est ea forma quae habet dimensionem et gravitatem } necess.

2, in conclusionibus, quae fiunt a categoriis ad formam, major est contingens hypothetice absolute autem necessaria, minor est omnino necessaria, ergo et consequens absolute necessaria erit. —

§. 260.

Conclusiones, sive illae quae a categoriis ad formam sive illae quae a forma ad Ens fiunt, procedunt primario per viam ~~inductionis, et hac~~ in quia sequuntur formulam logicam a posteriori sumptam.

Semel autem ac factae sunt hoc modo, conclusiones

et eorum methodus inverti possunt, et procedere sequendo formulam logicam a priori, ~~ie per viam deductionis~~.

C. De conclusione ultima.

§ 261.

Omnes conclusiones secundae, uti vidimus, contingentes sunt si ad res concludunt, ie ad Entia, et tunc solum deprehenduntur necessaria, si concludunt ad formas. — Ratio hujus rei est: quia categoriae necessario conjunguntur cum forma, neque ab ea separari possunt, hinc et conclusio ex categoriis ad formam est necessaria; formae vero non necessario conjunguntur cum entibus, et separatae considerari possunt, hinc et conclusio ad Entia ex formis necessaria esse non potest.

§. 262.

Verum enimvero invenitur necessario Ens, quod ita sit in sua forma, et forma, quae ita sit in suo Ente, ut separari ab invicem non possint. — Ad hanc formam et Ens necessario concludit mens humana, et haec est ejus ultima conclusio. —

Ad hanc porro conclusionem pervenit hac vel huic simili via:

§. 263.

I Omnes conclusiones secundae ad formas necessariae sunt, proindeque et formae sunt necessariae, tametsi minime quoad existentiam realem, tamen certissime quoad idealem, atqui non haberent hanc ipsam idealem existentiam

./.

nisi inessent, saltem tanquam ideae, alicui aliae formae realiter existenti, sc: necessario cum Ente suo conjunctae, ergo existit hujus. forma, quae est necessario cum suo Ente conjuncta.

§. 264.

II Omnes conclusiones secundae ad Entia contingentes quidem sunt, attamen verissimae, vi hujus conjunctionis contingentis quidem sed realis, quae inter datam formam et Ens ejus intercedit; atqui haec conjunctio, quae ex se ipsa fieri non potest, locum non haberet nisi praeexisteret conjunctio necessaria primae formae cum primo Ente,X) quae deinde aliarum omnium causa fieret; ergo revera inter primam formam et primum Ens conjunctio est necessaria.

§265.

III Omnes conclusiones secundae inversae, quae sc: ab Ente ad formas procedunt, supponent jam quod Ens existat et agat per suam formam, cum qua jam est conjunctum; atqui Ens nullum existeret, nec proinde posset conjungi cum forma et agere per ipsam, nisi omnia Entia ex non existentia deducta essent ad existentiam ab ente primo, i, e illo quod semper extitit, nec ab alio excepit, sed in se, et ex se, habet suam existentiam, quia ex se, et in se, ie, necessario, habet suam formam; ergo primum Ens revera necessario existit, et est necessarium.XX)

X) Vis hujus argumenti in eo consistit quod prima illa forma necessaria, cui insunt caeterae formae ut ideae, non potest esse sine Ente, sed necessario cum ipso conjuncta est. Nam si existeret sine Ente, esset non necessaria, proindeque existeret idealiter tantum, et indigeret alia forma, reali cui inesset. Tunc quaestio retrocederet tantum et ultimo semper postulanda esset illa forma realis, cui inessent ceterae omnes idealiter, et quae nulli aliae formae inesset; sed eo ipso deberet esse conjuncta cum Ente, ut sic existeret realiter. Ergo hujusmodi conjunctio ultimae seu primae formae cum Ente est necessaria.

XX) Vis hujus argumenti in eo consistit, quod nulla forma secunda habeat necessario suum ens proindeque nullum Ens secundum necessario a se existit; sed ponitur ab alio, et hoc rursum ab alio, et sic porro. Jam vero prima forma debet necessario habere suum ens, et hoc Ens suam formam; quia aliter nec esset prima forma nec esset primum Ens. Ergo sicut secundum Ens ponitur ab alio, et non est a se, ita primum Ens debet esse a se ipso et ponere omnia alia, quod facit per suam formam, quam ita necessario causat adaequatam sibi.

§. 266.

Quae omnia argumenta ad hanc breviorem formulam reduci possunt: existunt entia secunda cum suis formis etiamsi contingenter, tamen realiter conjuncta; atqui hanc conjunctionem ac proinde existentiam, non habet ex se, sed haec ipsa effectus est, quem (vi formulae logicae) debemus referre ad primum, idque huj: m. Ens et formam quae ex se habeant conjunctionem suam et existentiam; ergo existit primum Ens et forma, quae necessario secum sunt conjuncta, proindeque necessario existunt.

Quae argumentatio rursum in hanc breviorem majoris claritatis ergo, converti potest: omnia quae cernimus existere, sunt non necessaria, atqui quae non necessaria sunt, non sui ipsius effectus, sed effectus sunt Necessarii; ergo existit aliquod Necessarium. —

§. 267.

In hac ultima conclusione sita est omnis theodicea, sive doctrina de Deo, quam ipso Deo adjuvante, suo loco exponendam curabimus.

De summa conclusionum

§. 268.

Quum nulla, uti demonstravimus (§§ 214 – 229) sit conclusio immediata huj: m.a videlicet quae ex uno judicio immediato ad aliud concludat, sed omnes conclusiones tribus omnino judiciis saltem implicite, constent: hinc praetermissis illis quae immediate a nonnullis appellantur,

x Porro omnes conclusiones vel in se spectari possunt et quodammodo subjective, vel relate ad res, ad quas concludunt, et tunc objective. Hac ex causa et divisio earum similis erit; et primum quidem veniunt:
I° Conclusiones subjective seu in se ipsis spectatae et haec rursum in duo capita dividitur, in conclusiones ad formam et in conclusiones ad Ens,

earum tantum, quae vere conclusiones sunt, summa a nobis est exscribenda x. Istae sunt:

§. 269.

1, Conclusio ad formam, quae iterum ~~et haec~~ duplex erit:

a, Inductio, quam definivimus: conclusionem ex categoriis ad ideam, (§ 225)
i.e. ex particularibus formis ad universalem, et etiam ex individuis, in quantum aliquid essentialiter habent ad speciem.

b, Deductio, quam definivimus: conclusionem ex ideis ad categorias (§ 227), i.e. ex forma universali ad particulares, et etiam ex specie ad individua.

§. 270.

II, Conclusio ad Ens et haec rursum duplex:

a, Demonstratio, quae potest definiri: conclusio a forma ad Ens, et haec vere et communiter dicitur conclusio norma aliarum omnium. (haec procedit a priori)

b, Ratiocinium, ut potest definiri: conclusio ab Ente ad formam, (haec procedit a posteriori)

§. 271.

Conclusio, sive ad formam, sive ad Ens, potest esse:

1, Categorica, quae constat ex judiciis categoricis. Illic est modus conclusionis κατ' ἐξοχήν, ad quem caeteri alii revocari debent.

§. 272.

2°) Hypotetica sive conditionalis, cujus alterum judicium est hypotheticum, sc: major. Ejus lex haec est, ut nimirum: aut antecedens (conditio) affirmetur in minori, aut consequens (conditionatum) negetur. Tunc in conclusione altera etiam pars aut affirmabitur, aut negabitur.

§. 273.

3, Disjunctiva, cujus major continet judicium disjunctivum. Ejus altera pars negatur in minori, ut altera affirmetur in consequenti, vel e contra: altera affirmatur in minori ut altera negetur in consequenti.

Lex hujus conclusionis est lex oppositorum. Tum solum igitur concludit cum invenitur vera oppositio, et aliud membrum disjunctionis adaequatae aliud vel alia omnia excludit. –

Porro si plura sint disjunctionis membra affirmato uno, cetera copulative negentur; sed negato uno, cetera tantum disjunctive affirmentur necesse est.

§. 274.

4°) Dilemma, si conclusio hypothetico disjunctiva, in qua continetur et conditio et disjunctio, hujus praeclarum exemplum est illud Christi Domini: si male locutus ~~est~~ sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, quid me caedis? –

Est igitur conclusio utrinque feriens, et ideo etiam dilemma seu bicornis quasi duo cornua habens, vocata est; immo etiam et trilemma, tetralemma, pentalemma, polylemma, subinde est vocitata.

Lex dilemmatis est simul sumpta lex disjunctionis et conditionis, cui haec etiam alia addatur ut tale sit, quod retorqueri non possit:—

§. 275.

II°/ Hucusque recensebamus conclusiones in seipsis speclatas; nunc autem relate ad Objecta, ad quae concludunt, conclusiones erunt:

1, vel prima, eaque indeterminata,

2°, vel secundae, eaeque contingentes;

3° vel ultima, eaque necessaria.

De quibus sigillatim suis locis locuti sumus.

Caput V.

De forma conclusionum.

A. De Syllogismo generatim generibus.

§. 276.

Quemadmodum terminus est forma ideae, et propositio forma judicii ita et conclusio suam habet formam, quae est Syllogismus.

Syllogismus igitur est conclusio verbis significata. Constat itaque tribus propositionibus (quae exprimunt tria conclusionis judicia) scilicet propositione majori, minori, et consequenti; et exprimit priorum duarum nexum, et tertiae ex illis duabus consequentiam.

Hanc conclusionis formam alii etiam di-

cunt argumentum, sive argumentationem, sive etiam ratiocinationem, communiter tamen omnes syllogismum, eumque ita passim dicunt.

§. 277.

I Syllogismus simplex et plenus, qui omnes regulas verae conclusionis sequitur et exhibet, proindeque est ejusdem forma adequata, ad quam ceterae omnes reducuntur.

Syllogismus simplex potest esse non plenus, et tunc erit vel:

II Enthymema, quod est syllogismus truncatus cujus major vel minor non exprimitur, sed subintelligitur. Recte tamen concludit, si major vel minor suppressa recte possit suppleri.

Sententia enthymematica, brevius adhuc quam ipsum Enthymema, syllogismum contrahit, uti haec v.gr. "cave a deliciis tam cito transituris". Inqua tamen plenus syllogismus oppido continetur.

Vel syllogismus simplex non plenus est:

III Propositio causalis, quae est syllogismus contractus vel enthymema contractum in unam propositionem ordine inverso inter antecedens et consequens eorum.

Syllogismus compositus similiter erit vel plenus vel non plenus:

IV Polisyllogismus vocabitur syllogismus et compositus et plenus, in quo duo vel plures syllogismi, alii ab aliis pendentes plene enuntiantur.

V Sorytes, sive acervus, quae et climax et gradatio vocatur, est polisyllogismus truncatus, in quo non syllogismi pleni, sed enthymemata alia ab aliis pendentia post se enunciantur.

Hoc genus periculosum est eoque frequenter prae ceteris abutebantur sophistae.

Logici hasce peculiares leges dant sorytae

1°, ne ulla praemissarum ambigua sit,

2°, ne plures quam una praemissarum sit particularis, aut negans, et si est negans sit conclusioni proxima,

3° ut syllogismi subintellecti alii ex aliis sequantur.

§ 282.

VI Epicherema dicitur syllogismus, cujus praemissae statim probantur, nimirum est polisyllogismus constans ex propositionibus causalibus. –

B. De Sophismate, ejusque generibus.

§ 283.

Sophisma est forma conclusionis, idest syllogismus vitiosus, in speciem veri syllogismi habet, velut veritatem autem ejus non tenet, proindeque et captiosus est necessario.

§ 284.

Sophisma dicitur etiam aliquando paralogismus, praesertim si non tam forma, quam materia ipsa peccat. Alii paralogismi dicunt errorem ~~[illegible]~~ argument. bona fide commissum; sophisma autem quendquis

!

sciens ac prudens admittit.

§. 285.

Aliae sunt fallaciae in vocibus, aliae in rebus. Illae ex Aristotele dicuntur fallaciae dictionis, paraslexin, iste extradictionem, exoslesllexeos.
Priora sophismata etiam grammatica, postrema dealectica vocantur.

§. 286.

Sophismatum genera, quae laborant fallacia dictionis sex numerantur:

1° Aequivocatio, quae utitur voce aequivoca,

2° amphibologia, quae utitur propositione aequivoca.

3° Compositio, seu sensus compositus, quando ex divisa ad compositum, vel a distributiva ad collectivum; Nota:

Exemplum I° Qui habet potentiam ambulandi ambulare potest, atqui Titius etiam sedens habet potestatem ambulandi ergo Titius potest sedendo ambulare.

Exemplum II Duo et tria sunt par et impar, ergo quinque est par et impar,

4° Divisio, seu sensus divisus, e contra, quando arguitur a composito ad divisum, vel a collectivo ad distributivum;

Exempl. I fieri nequit ut aegrotus sit etiam sanus, atqui Titius est aegrotus, ergo non potest fieri sanus.

Exempl. II, milites multos homines occiderunt, atqui Simphronius est miles, ergo multos homines occidit.

5 Accentus est fallacia, accentu abutens.

6, Figura dictionis, est fallacia vocum similium, sed diversas significantium.

Ex quibus omnibus, sedulo noteture, fallacia sensus compositi, et sensus divisi, qua nimium quantum abutuntur Sophistae et haeretici; caeterae ut puerilia minus curentur.

§. 287.

Sophismata seu fallaciae extra dictionem septem numero ab iisdem logicis recensentur:

1°. fallacia accidentis, seu praedicationis, quando accidentale aliquid attribuitur toti speciei ut essentiale vgr. fuerunt falsa miracula ergo omnia sunt falsa. —